LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 92r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

custodire deberemus: quorum plerique immemores deserto itinere celesti uias
sibi denuas p anfractus & ꝑcipitia condiderunt: p quam partem plebem in
cautam & simplicem ad tenebras mortemq; deducerent: quod quatenus
acciderit: exponam: fuerunt quidam ꝓꝓ vel minus stabiliti fide. uel mino
doctri. uel minus cauti: qui discidium facerent unitatis & ecclesiam discipuerent:
Sed hi quorum fides fuit lubrica cum deum nosse se & colere silerent: augendis
opibus & honori studentes affectabant maximum sacerdotium & a potioribus
uicti secedere cum suffragatoribus suis maluerunt: q̃ cos ferre prepositos: qbus
concupierant. ipsi aut preponi: Quidam vero non satis celestibus his eru
diti cum veritatis accusatoribus rudere non possent obicientibus vel im
possibile uel incongruens esse: ut deus in uterum se mulieris includere: nec
celestem illam maiestatem ad tantam infirmitatem potuisse deduci: ut oibus
contemptui. densin. contumelie. ludibrio esset: postremo & cruciamenta per
ferret. atq; execrabili patibulo figeretur: Que omnia cum neq; ingenio neq;
doctrina defendere. ac refutare possent: Nec h. cum ratione enimq; penitus per
cudebant & prauati sunt ab itinere recto & celestes his corruperunt ut no
uam sibi doctrinam sine ulla radice ac stabilitate componerent: Non nulli
autem philosophorum pharisaicamo illecti: de quibus & veri pphe & ipse pre
dixerat exciderunt a doctrina dei & tradiderunt eam veram religionem: Sed il
li omnes demoniaci fraudibus inretiti: quas prospicere & cauere debue
rant: diuinum nomen & cultum p imprudentiam pdiderunt: Cum h.
phryges. aut nouatianos. aut valentianos. aut marcionites aut. Antropianos.
aut arianos seu quilibet alij nominantur: xpianos esse desinerunt: qui xpiano
mine amisso humana & externa uocabula induerunt: Sola igitur catholi
ca ecclia est: que verum cultum retinet: Hic est fons veritatis: hoc domicilium
fidei: hoc templum dei quo si quis uel non intrauerit vela quo siquis exierit:
a spe uite ac salutis eterne alienus est: Nemmem sibi oportet ptinaci contentione
blandiri: Agitur h. de uita ac salute: cui nisi cute ac diligenter consulatur amis
sa & extincta erit: Sed tamen sin qua singuli quoq; cetus hereticorum se po
tissimum xpianos & suam esse catholicam ecclesiam putant sciendum est illam
esse veram in qua est confessio & penitentia: que peccata & uulnera: quibus sub
iecta est imbecillitas carnis: salubriter curat: Hec interim paucis admonendi
gratia retuli: ne quis errorem figere cupiens maiore implicetur errore: dum pene
trale veritatis ignorat: Postea plenius & verius contra omnes mendacium
sectas proprio separatoq; opere pugnabimus: Sequitur ut quoniam satis de re
ligione veri & sapientia loquuti sumus: in proximo libro de iustitia disse
ramus:

Origo hereseos

Quartus liber finitur feliciter: